

BELLVM AN-  
GELICVM

*Referente*

TOBIA ALEUTNERO  
SILESIO.



FRANCOVRTI

*Typis evulgatum Voltzianis*

Anno 1600.

316085

VIRO

REVERENDO, NOB. ET  
CLARISSIMO

DN. ANDREÆ  
VVENCELIO

SS. Theologiæ D.  
Ecclesiæ Francofurt. Pastori &  
vicinarum Superattendenti

DIGNISS. VIGILANTISSIMO

Musarum Patrono ex-  
optatissimo

Domino & fautori meo  
ad amulsim colendo

CARMEN HOC SACRVM



IN

Animi grati pignus,  
Observantia testimoniam,

Offero & nuncupo

M. Tobias Aleutner  
Leobschuciensis P. C.



**Q**uid video protul aratas albescere turmas  
Per celi tractus, peditūq; equitūq; ruinas  
Admitti? hacciri species certissima belli est.  
Vnde tot armorum strepitus? qua causa  
tumultus?

Anne igitur tantis animis celestibus iras  
Esse rear; stristo ut tentent concurrere ferro?

Si quem causa latet dubij atq; occasio belli:  
Si quem, quid pacem superis excusserit oris;  
Cognatasq; acies disrupto fœdere tristes  
Impulerit conferre manus, atq; obvia signis  
Signa dare infestis, pila & contraria pilis:  
Huc, precor, æquus ades: paucis aperire iuvabit.

LVX erat; æterna cùm lucis origo IEHOVA  
Cunclipotens, opifex rerū, quas machina mundi  
Continet amplexu, cæli felicis alumnos  
Fingeret aligeros mirando numine dextra:

Qui supera alta colunt, volucres ad iussa ministræ  
Expedienda DEI: Hos numero comprehendere nullū  
Fas est: sunt tenues anima, sine corpore vita,  
Participes omnes divina lucis & aura:  
Autorem præsentat opus: velut obvia quondam  
In speculo formam simulando reddit imago:  
Præstantes omnes, & libertatis amantes;  
Cùmq; DEO vitam viventes sine carentem,  
Ætheris indigena; nulli, at te IHOVA, minores.  
Lucifer ante alios Genius pulcerrimus omnes,  
Sensit ubi tantā se majestate cornuscum,



Tàm facie fulgere altâ, tàm munere claro;  
Suscipit ingentem circum præcordia fastum  
Turgidus, elatumq; super caput erigit astris.

Vtq; ferens referensq; pedem Iunonia pennas  
Miratur volucris, gemmantesq; explicat alas,  
Adverso sub sole rotans, caudamq; nitore  
Sidera adaquantem varios contorquet in orbes :  
Haud secus iste novâ secum spaciatur in aulâ  
Cælicolûm ; atq; amplo jam non contentus honore  
Altiùs ire parat : regnum cæleste parentis  
Æterni adflectat : Hæc illum cura remordet ;  
Hoc opus, hic labor est ; hæc stat sententia mente:  
Imperio terras, cælum, maria alta, IEHOVA  
Excusso regere, & leges imponere visito.

Nec mora, nec requies: horrédas surgit in iras;  
Conciliumq; vocat sociûm : ruit ocyor Euro  
Tota cohors Domini iustis parere parata.  
Dux animi sensûs fidas effatur ad aures ;  
Consiliumq; suis, moliminaq; ordine pandit.

Protentis è multis (sociorû haud parva caterva  
Huic sese addiderat:) legatis eligit unum ;  
Qui bellum IIOVÆ portendat, & ocia sanctis  
Rumpat cælitibus. Mox ille per aëra summum  
Remigio alarum defertur ; tela volatu  
Præveniens, nervo per nubem impulsâ citato.

Iam propè contigerat spaciosa palatia Regis  
Nuncius invisi : hac temerarius impete pulsat :  
Quisquis ades, mihi pâde fores; mora segnis abesto.

Arce

Arce thronus mediâ rutilanti fulgidus auro  
Surgebat, gemmisq; micans & marmore multo :  
Materiem superabat opus : fabricator Olympi  
Terrasq; traclisq; maris, flammantia cæli  
Sidera mirificâ super illo sculpserat arte.  
Atq; hoc purpureâ velatus veste sedebat  
In solio Rector superûm, lucente pyropo,  
Sardonyche & Smaragdîs, amethysto, chrysolitoq;  
Crystallo; & qua jam versu comprehendere non est.  
Stat circum auratam Regis longo ordine sellam  
Turba ministra sui ; pendetq; loquentis ab ore :  
Quæq; jubet fieri, cauto sub pectore servat ;  
In partesq; omnes Domini præcepta capessit.

Ecce sed ! audaci prorumpit voce minister  
Luciferi ; plenusq; irâ sic farier infit :  
Hûc me regali mittit Dux noster ab aula  
Phosphorus, egregiâ nulli virtute secundus,  
Nulli armis ; atq; hæc nostro tibi nunciat ore,  
Quæ fieri mandat : tu arreclis auribus hauri.  
Sic ille : Imperio tune omnia flectere solus ?  
Tu, Natusq; tuus tantum moderarier orbem ?  
Num tibi ego supplex, tibi sim ? submittere mène  
Fas tibi sit ; victumq; tuis parere loquelis ?  
Non ita, non fiet. Quo non præstantior alter  
Inter agit superos, numquam sub vincula legum  
Alterius tendet : non hæc fiducia nostri  
Est generis ; nobis debentur scepra polorum.  
Aur ea, & immensi quicquid tenet orbita mundi.

A 3

ESTO

Esse sed : & magni constet caeleste parari  
Imperium : sit multa tibi sociisq; potestas :  
Mæ major longè est : mihi fortia pectora bello.  
Audacesq; manûs, animiq; in utrumq; parati.  
Nè cedes ; nostræ cogent te cedere turmæ ;  
Quas vario dudum teneo discrimine notas,  
Perspectasq; fide : tibi fide : laceffere bello  
Te iuvat ; atq; tui vires cognoscere regni.  
Da mihi te sceptrumq; libens, diadema repone.  
Atq; excede loco sine cade : ut pace ligentur  
Cælicolum mentes : Quo vis pax aurea bello  
Prævalet : eventus latet & fors utraq; pugnae.  
Sin renuâ : mihi mille artes, inventaq; mille :  
Non est religio pacti mihi fœderis ulla :  
Cû furor in cursu est : armis concurrere certû est  
Experiar : Fortuna fave : Mars arbiter esto.  
Hoc caput, hæc sūma est. Ducis hæc sententiæ nostri.  
Desierat : Genij obstupuit sermone IEHOVA  
Cælipotens ; gemituq; gravem sub corde dolorem  
Testatus, sedit tacitus : tum terq; quaterq;  
Concutiens sublime caput, sceptrumq; sacratum,  
Hei genus invisum ! dixit : quæ insania cæcas  
Decepit mentes ? quis & hei furor ? actus ab aula  
Siderea, & regno exsutus sua colla IEHOVA  
Submittatne alij ? Dominus mandata miselli  
Accipiat servi ? meritane hæc gratia tantis  
Redditur ? hacne datam vitam pietate rependit ?  
Sed quid ego hæc ? an nostræ manus defessa qui-  
escat ? Vide.

Viderit. Ast vinam conversus dicta retrahet  
Impia ; & abiectis æternam Lucifer armis  
Cum superis pacem sancito fœdere firmet.  
Vincitur, ætherium qui poscit ad arma Parentem.  
Sin negat ; interijt. Altum hoc mihi turbine nullo  
Dux tuus excutiet sceptrum ; nullâ arte, nec astu.  
Tota prius vasti solvetur fabrica mundi,  
Et chaos antiquum repetet ; quàm sede movebit  
Me tuus impos herus ; vel participabit amœnum  
Cælorum imperium : mea sic per numina iuro.  
I nunc, nostræ tuo mea dicta referre memento.  
Dixit : & immensum nutu tremescit Olympum.  
Audiit ; abscessitq; timens, haud passibus æquis  
Orator : terrent malè-blandæ fulmina lingue  
Dura Creatoris. Notam mox Dæmonis aulam  
Spemq; metumq; inter remeat ; resq; ordîne pædiæ.  
Horruit auditu primùm ; dein mente furorem  
Lucifer incensâ majorem concipit : ardet  
Interiùs furiis : oculis radiantibus igni.  
Hunc videt atq; illum : responsum suscitât iras,  
Utq; loqui rabies permisit ; talibus infit :  
Mène igitur ceptis absistere ? mène referre.  
Consilia in melius ? mentem me vertere retrò  
Non faciam : frustra terret, mihi milite dispar  
Rex iste, & secum, quam iactitat, ægra propago.  
Artibus utendum adverteis & viribus : hastam  
Dùm torquere manu potero hanc, excedere pugna  
Non mihi decretum est ; ne me metus avocet ullus.  
A 4 Adpro



Adproperate citi cives mea turba : futuri  
Martis signa date, & certas præsumite vestris  
Spes animis ; nostræ cedit victoria parti.  
Sit mora nulla meis : capite arma arma : illa pro-  
pinquat

Lux nobis, quâ fixa salus stat nostrâ : favebit  
Prospera fors : præstate viros : præclara manebunt  
Præmia victorem. Pro libertate tuendâ  
Arma capeſſemus, Domini rerum inde futuri.  
O miserum, alterius quem fors iuga ferre cœgit !  
Sic ait : incenditq̄ animos in Martis ituros  
Prælia : Inexpertis certamen dulce puratur.  
Inde fidem jurant per cuncta pericula fidam.

Ductorē interea alituum Rex magnus Olympi  
Accersit nutu : tenuit mora nulla vocatum.  
Sic resſūt, MICHAEL, memorabat : Lucifer audax  
Cogitat armatas nos contra educere turmas ;  
Meq̄ parat Sceptra q̄ meos detrudere regni :  
Et jam bella calent ; fervet jam milite cælum.  
Rumpite quisq̄ moram, cæli quos arce gubernat :  
Invisam penitus nobis exſcindite gentem.  
Tu MICHAEL dux noster eris : tibi credo laborē  
Militiæ : i fortis, tanto te oppone furori :  
Fædis fragas i frange acies : i funde Draconem :  
Ut noster stet firmus honor, stet gloria magnis  
Cælicolis : adero præſens, & cepta juvabo.

Vix bene deſierat : MICHAEL capit arma : miniſtri  
Confremuere omnes : belli Dux agmina jungit.  
Addunt se socios acer Gabrielus in armis,

Hierameel, Vriël, Raphael, fortisq̄ Meliſtes :  
Et sibi delectos educit quisq̄ maniplos.

Primus in his, galeâ indutus, clypeûq̄ decorû,  
Æratisq̄ horrens squamis jam fulminat ense,  
Præclarus MICHAEL, stellato iaspide fulvâ ;  
Fidus & hortatur sacras ad bella cohortes ;  
Luciferiq̄ refert fraudes & furta : labores  
Esse docet belli iustos, caussamq̄ iEHOVÆ,

Exclamant, dextrasq̄ levant, & in omnia proni  
Cum duce fata parant sumtis decernere telis.  
Martius interea rauci canor increpat aris ;  
Tunsaq̄ præſentis signum dant tympana belli.  
Prorumpunt statione Duces ; aciesq̄ coruscant  
Eminus : It medius MICHAEL fortissimus heros  
Agmine succinctus : Loca dein explorat, & hostes ;  
E grege dimisso aligerum, qui cauta virorum  
Consilia observet, quæ sit fiducia in armis.

Quem simulac vidit, cui tunc obsidere valles  
Sorte datum ; clamore ducem vocat ocyus : ille  
Stat rupe excelsâ, & percurrens lumine turmas,  
Tot videt esse viros numero ; quot in aëre Phæbi  
Ludunt sub radijs culices, quot messe cicadæ.  
Protenus, Hostis adest, proclamat vertice saxi :  
Ferte citi turmas ; date tela, scandite rupem :  
Hostis adest ; præclusa via est : consurgite in armas  
Nunc animis opus est : ades ô Rhabduche, Lycaon,  
Psycholetræ, Hamophile, Onocharon, Brotomise,  
Pboneuq̄.

**Phœtales & Melanochre** veni, tuq̄ optime **Phœta**  
Huc fratres properate mei, properate manipuli :  
Tēpus adest; ab hostiis adest: prope nostra ferātur  
Castra viri, quorum numeros inisse quis ausit ?

Hac fatur pavidus, multā & formidine mentē  
Perculsus dubiam; sociūm tremor occupat artūs :  
Stant circum, mussantq̄ metu: volat acriter hostiis;  
Imminet & vigili castris virtute caterva.

Non procul ampla fuit sedes vasto æquore cāpi,  
Commoda sat pugna: partes prospectus in omnes  
Liber ibi, & cupida statio gratissima turba.  
Huc ubi per ventum; paucos ex agmine ductor  
Luciferi immittit castris; hostemq̄ laceffit.

Dux peditum **Raphae** equitū **Gabriel**q̄ ad arma  
Hortantur socios: cunctiis supereminet unus,  
Et partes facili **MICHAELVS** mente tuetur  
Mandatas **IHOVÆ**: medio hic dū ē milite prodit,  
Fortunamq̄ loci atq̄ aditus explorat, & omnes  
Quā tentet ratione vias, atq̄ evocet hostem:  
Acriter exclamat: Vbi nunc, qui magna professus;  
Nunc ubi dicta viri sunt illa ingentia & ausus?  
En, quem poscis, adest! en arma parata, virosq̄!  
Prode caput, sociosq̄ tuos lumbrice: quid audes?  
Hæc bona pugnandi sedes: hæc tempus agi rem.

Finije: & dicto citius flammantia cogit  
Agmina, ductoresq̄ simul, quæ talia mandat:  
State viri, durate viri: jam prælia inibit  
Nostra manus: jam Sattanici, scelerata propago,  
Con-

**Contētrix Superūm**, nigras mittentur ad umbras.  
Sistite nunc aciem socii: **Raphae**, pedestres  
Duc primus turmas: **Gabrielus** fortiter ambas  
Cum meta egregiis defendet equestribus alas:  
Ne quisquā irrūpat; neu quis se subtrahat hostiis,  
Obsidione aditum firmate, abituq̄: receptus  
Ne quā **Luciferi** pateat **Satanæ**q̄ cohorti.

Iāq̄ aded incedūt **MICHAEL** & **Lucifer**, ambo  
Ductores: iras hic prodit imagine vultūs;  
Sanguineaq̄ manu crepitantem concutit hastam:  
Ille animo, caussa q̄ pīd, & sub iudice **IHOVÆ**  
Ingreditur, iustus violati Numinis ultor.  
Signa utrimq̄ volant: jam clangor utrimq̄ tubarū  
It cælo: mugit numerofo milite campus.  
Pandite nunc **Heliona** Dea: memorate canenti;  
Quis belli eventus; nudo quæ funera ferro  
Magnanimus **MICHAEL**, stragesq̄ **Draconis** alūni  
Ediderint; & qua pugnam fortuna sequuta.

Stant in procinctu campi tellure patentē  
Cælestes aquila; validis & viribus hostera  
Expectant, avida conflictūs; multa cupido  
Est pugna: irarum volvunt sub pectore fluctūs  
Ingentes: diri manet altā mente **Draconis**  
Infixum scelus, & contemti injuria **IHOVÆ**.

Et jam tempus erat certaminis: agmine n̄ igō  
Procurrit **Draco** per dumosa culmina rupis,  
Quā latuit: sequitur præeuntē magna virūm vis.  
Cedit in adversū **MICHAEL**: lōgo ordine turmas  
Celi.



Calicolūm hic fert : pondē manūs committere visa  
Hinc atq; hinc acies : instantis nuncia praelii  
Hasta secat nubes : dat buccina rauca canorem.  
Iam fervent animi. Quos inter lumina celo  
Sustollens MICHAEL placido prior ore profatur :  
Magne Pater superū, pro quo nūc stamus in armis  
Annue suscepto pro te nobisq; labori :  
Nunc tua res agitur : causa est tua : vincere sevū  
Da nobis hostem : nobis victoria Martem  
Annuat hęc nostrum : Sic sic tua gloria crescet,  
Sic tibi crescet honor. Cūtra Draco turbido infert:  
His Ihoᵛa nescio quis faveat : Fortuna labori  
Adspiret nostro, & manus hęc, validaq; cohortes:  
Res armis peragenda tibi, non, garrule, lingvā.  
Talia dūm fatur : nimboſi turbinis instar  
Tela emissa volant; nubesq; polumq; diemq;  
Eripiunt oculis : diverso missile voto  
Spargitur innumerum : liquefacto tempora plūbo  
Pars findit ; gladio pars altera : pondera pili  
Ista jacit ; ciet illa pilis certamina : flammās  
Altera dispergit : sudibus ruit illa praeustis.  
Intremuit cælum ; nec cædis nescia tellus  
Horruit : innocuæ strident hastilibus auræ;  
Tristior incedit declivo tramite Titan :  
Consciaq; astra dolent : tantum Natura laborem  
Ipsa parens, & triste nefas fraudemq; Draconis  
Detestata feri, piceā ferrugine pulcrā  
Obnubit faciem (infandū !) lacrumasse putares.

Conti-

Conticuere omnes altā sub nube volucres,  
Brutaq; per terras passim mutaq; natantes.  
Cuncta fremunt, damnantq; ausus, Satanaq; furorē  
Terribilem : socia arma parant, istusq; minatur.  
Dumq; adeo immanis gliscit violentia belli ;  
Dant lituicq; sonos, armorumq; ingruit horror :  
Pugnat nigra cohors, nec calica turba quiescit:  
Illa sed inferior, sed circumfusa : nec ullum  
Telorum interea cessat genus : ecce ! per auras  
Improvisa ruens à lava parte Draconis  
Fraxinea in meritum vibratur lancea tergum:  
Missa sed undē eadem, cuiusq; retorta lacerto,  
Incertum est : partem lavit ater vulnere sanguis  
Adfectam. Nihil ille minūs tamen impete pleno  
Adstitit; inspiratq; animum, & castigat inertes  
It stridor campis ingens; clamore resultant  
Silvæq; & valles, pulsusq; remurmurat æther.  
Sicut, ubi iratā divām pater atq; hominum rex  
Tela trifulca manu capit, inter nubila torquens :  
Disjicit & duras infesto fulmine rapēs,  
Saxaq; subsequitur commissa grandine nimbus  
Per terras : vasto cælum tonat omne tumultu :  
Cunctaq; diverso concurrunt praelia ab antro  
Ventorum, Zephyrusq; ruit, Boreasq; Notusq;  
Diffugiunt pecudes : horrent mortalia tanto  
Pectora terrigenū motu, latebrasq; requirunt.  
Infremuere acies : nec sat rationis in armis :  
Fit via vi : rumpit MICHAEL contraria ferro  
Agmina

Agmina; & ingentes dextrâ dat stragis acervos.  
Ductorem jurata cohors imitatur: & omnes  
Attenta in partes incurvo spicula cornu  
Dirigit: indomitos contorta phalarica in hostes  
Fulminis acta modo venit: lateriq; sagittæ  
Herent infixæ: gliscit sub pectore vulnus.  
Omnibus unus amor patrias defendere leges;  
Et duro infensam ferro demittere gentem.  
Nulla sagitta volat frustra: sine vulnere nullum  
Vibratur telum: spaciost sanguine campi  
Sattanicum rapidi fluitant torrentis adinstar:  
Iamq; adeo tantas prohibet consistere turmas.  
Nec jam terra capit crudeli cæde peremptos:  
Corpora corporibus densantur, & agmen in unum  
Multæ ruunt; sicut congesti culmina montis.

Pone Draconisequos videas (mirabile dictu)  
In sua converso grassari viscera ferro:  
Mutuaq; inter se magnâ vi vulnera & ictus  
Miscere; atq; suo sibi lucem abrumpere Marte:  
Hæc lasum quia Numen agit. Furor æstuat intus,  
Perstringitq; oculos penitus; mentesq; tenebris  
Tristibus involvit: hastis atq; ensibus illi  
Dant sese in mediis, & plagas meditatur in hostes.  
Nil haste aut enses, nil tela exempta pharetris  
Proficiunt: immo, glacies ceu futilis, ictu  
Di siliunt gladii; resplendent fragmina campo.  
Et jam nulla fugæ ratio, spes nulla salutis,  
At minor est regni, nulla est fiducia pugna.

Desi-

Deficiunt vires: inopinâ strage Draconis  
Procumbunt socij: duri nec meta nec ullus  
Finis ad est belli: Discessus hostibus omnes  
Eripiunt volucres magni MICHAELIS alumni;  
Sanguineoq; fugam tentantes funere mastrant.  
Angelicas inter violatur nemo cohortes;  
Nemo cadit laesus: totæ stant pectore vires:  
Fortiter obsistunt, & vastâ mole Draconem  
Exsuperant, validaq; manu, auxilioq; IEHOVÆ.  
Quid faciat Draco? quid socij? veniãne precentur?  
Hoc pudor, hoc prohibetq; nefas: se opponere tētent  
Vlterius? vis fracta jacet discrimine belli:  
Effugium querant? MICHAEL vetat ense resistens  
Desperent; dedantq; manus; victiq; volentesq;  
Abstant: fieri sic tandem numina cali  
Trina volunt: tales inimicâ ex gente reposcunt  
Pro meritis pœnas: sic facta carbarmata damnât.  
Astra nuunt, victosq; vocant, finemq; laborâ  
Impositum cupiunt. Ergo, quas forte Draconis  
Reliquias videre duces, super alite cætâ  
Palantes agitat Princeps: citus avolat inter  
Primos ipse Draco rufus: quem Dira frementem  
Præcipitat MICHAEL, ceu telo fulminis actum;  
Tristiaq; horribici ductoris signa sequutos.  
Non locus his cælo, terraræ, marive relictus:  
Nusquam tuta quies: stygias merguntur ad undas;  
Atq; imas Barathri fauces, loca nocte perenni  
Obsita, læticia loca nescia, regna silentum.



Illi indignantes, lingvisq; immane furentes  
Antra inamœna petūt; mētes timor arguit agras;  
Judiciiq; gravis metus intolerabilis urget.

Parte aliā vox læta sonat, vox una; *Triumphus*:  
Victor iò salve, victor fortissime salve:  
Victor iò, tibi victor iò pœana canentes  
Ingeminare decet lætum: tibi gloria victor,  
Sit tibi victor honos, aeternum nomen in avum.  
Hostiles fregisti acies bellator: ad Orcum  
Fœdisfragas magno misisti numine turmas.

Laus tibi summe Deus, cuius victoria forti  
Contigit hæc dextrâ; cuius tutamine turpis  
Bellua devicta est, quæ totum fraudibus orbem  
Decepit, fecitq; reum IHOVÆ ante tribunal.  
Pugnavit, devicit iò fiducia, CHRISTE,  
Sanguinis una tuis, & λύτρωσπις fulta cruento,  
Et quis adhuc dubitet: quin mūdi præles honorẽ  
Vindicet, atq; sui disperdat nominis hostes?

Dux MICHAEL æquæve Deo, par numine Patri,  
Adfere nos, Sponsamq; tuam tua verba professam,  
Juratamq; tibi, atq; æterno fœdere junctam:  
Ne noceat Draco, quod trux evomit ore, veneno.  
Sic tibi in amplexûs, magnâ comitante catervâ,  
Sponse, tuos ventura olim cœlestibus oris,  
Te sine labe canet, te fido ardebit amore.

REGNUM VICTORI, MAGNO  
VICTORIA REGI

